

eum in domū dñi in sylo. Puer autem adhuc erat infan-
 tulus. **¶** Venit uir dei ad hely. et dixit ad eum hec
 dicit dñs. Sum quic non aperte reuelatus sum domui
 patris tui cū essent in egypto in domo pharaonis. et elegi
 eum ex omnib; tribub; isrl michi in sacerdotem: ut acce-
 deret ad altare meū. et adoleret michi incensum: et portaret e-
 phod coram me. et cedi domui patris tui. omnia de sacrificiis
 filioꝝ isrl. Quare calce abiectis uictimā meā. et munera
 mea: que precepi ut offerrentur in templo: et magis hono-
 rasti filios tuos quā me. ut comederetis p̄micias omnis
 sacrificij isrl ppli mei. **¶** *Dominica secunda* deus omnium.
Puer samuel ministravit dño coram hely. et sermo
 dñi erat preciosus. In dieb; illis nō erat uisio ma-
 nifesta. factum ergo in die quadā. hely iacebat i
 loco suo. et oculi eius caligauerant. nec poterat uidere lucer-
 nam dñi ante quā exstingueret. **¶** Samuel dormiebat
 in templo dñi: ubi erat archa dñi. et uocauit dñs samuel.
 Qui respondens ait. ecce ego. et cucurrit ad hely et dixit. Ec-
 ce ego. uocasti enim me. **¶** Qui dicit. Non uocaui. reuertere
 dormi. et abiit et dormiuit. **¶** Et adiecit dñs rursum uo-
 cauit samuel. Non surgensq; samuel abiit ad hely et dixit.
 ecce ego. quia uocasti me. **¶** Qui respondit. Non uocaui fi-
 lium. reuertere et dormi. **¶** Porro samuel necdum scie-
 bat dñm. neq; reuelat⁹ fuerat ei sermo dñi. et adiecit do-
 minus. et uocauit ad huc samuel tertio. **¶** Qui surgens
 abiit ad hely et ait. ecce ego: quia uocasti me. Intellexit igit⁹
 hely. quia dñm uocauerat puerum: et ait ad samuel. Va-
 te et dormi: et si demceps uocauerit te. dices. Loquere dñe
 quia audit seruis tuus. **¶** Abiit samuel et dormiuit
 in loco suo. et uenit dñs et stetit et uocauit sicut uocauerat
 secundo. **¶** Samuel. samuel. et ait samuel. Loquere dñe. quā